

quia Christus manet in æternum. Quō tu dicas, oportet exaltari filium hoīs? Si enī Christus est, inquiūt, manet in æternum: si manet in æternum, quō exalatur à terra. i. quō crucis passio e morietur: Hoc enim dixisse intelligebant, quod facere cogitabant. Non ergo eis uerborum istorū obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulata conscientia. Dicit ergo eis Jesus: Adhuc modicū lumen in yobis est. Hinc est quod intelligitis, quod Christus manet in æternum. Ergo [Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebrae uos cōprehēdant.] Ambulate, accedite, totum intelligite, & moriturum Christum, & uicturum in æternum, & sanguinem fusurum, quo redimatur, & ascensurum in sublimia, quo perducat. Tenebrae autē non cōprehendant, si eo mō credideritis Christi æternitatē, ut non negeris in eo mortis humiliatē. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat, sed potest offendere in lapide offensionis & petrā scandali, q̄ fuit dñs cæcis Iudeis, sicut credentibus lapis, quē reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. Hinc designati sunt credere in Christum, q̄a eōs impietas contēpsit mortuū, irrisit occidū, & ipse erat mors grani multiplicandi, & exaltatio trahēti post se omnia. Dū lucem habetis. credit in lucem, ut filii lucis sitis. Cum aliquid ueritatem habetis, credite in ueritatē, ut renascamini in ueritate. Hæc locutus est Jesus, et abiit abscondit se ab eis.

SO PASSIO DOMINI nostri Iesu Christi secundū Marci.

Feria tertia Palmarū, Marci. XIII. I.

In illo tempore Erat pascha & azyma
post biddenum. Et reliqua.

Pascha autem, quod hebraice dicitur phase, non à passione, ut plerique arbitratur, sed à transitu nominat, eo quod exterminator uidens sanguinem in foribus Israëlitarum, pertransierit, nec percusserit eos. Vel ipse dominus præbens auxiliū populo suo, desuper ambulauerit, cuius sacramentum uocabuli sublimius exponens euangelista Iohannes, ait: Ante diē festum paschæ sciens Iesus quæ uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Vbi manifeste declarat, ideo solennitatis huius diem per legem mystice transitum esse uocatum, quod agnus dei, qui peccata mundi tolleret, in eo de hoc mundo, siue ipse transitus, siue nos salubri transitu quasi de Aegyptia esset seruiture ducturus. Hoc sane (iuxta ueteris testamen*tis* scripturam) inter pascha & azyma distat, quod pascha ipse solus dies appellat, in quo agnus occidebatur ad uesperā, hoc est, quartadecima luna primi mēsis. Quintadecima autē luna, quā egredius est de Aegyptio, succedebat festiuitas azymorum, quæ septem diebus, i. usq; ad uigesimum diem eiusdem mensis ad uesperam est statuta solēnitatis. Verū euangelistæ indiferenter, & diē azymorum pro pascha, & p diebus azymorum paſcha ponere solent. Dicit enim Marcus: [Erat aut̄ paſcha & azyma post biddenum.] Dicit Lucas: Dies festus azymorum, qui dī pascha. Itē Iohannes, cum proximo die, i. quintadecima luna res ageretur, ait: Et ipsi nō introierunt in prætoriū, ut non cōtaminarentur, sed ut māducarent pascha. Quod ideo fecere, quæ & paschæ dies in azymis panibus est celebrari præcep-

646 **PASSIO CHRISTI**

ptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex
hoc mundo transire precipimur. **V**no quippe die agno
immolato ad uesperam, septem ex ordine dies sequun-
tur azymorum, quia Christus Iesus semel pro nobis in
plenitudine temporum passus in carne, per totum nobis
huius seculi tempus, quod septem diebus agit, in azymis
synceritatis & ueritatis praecepit esse uiuendum, omnes
semper natus nos desideria terrena, quasi Aegypti retin-
acula fugere, & uelut a mundana conuerteratione secre-
ta solitudine iter admonet subire uiirum. **E**t quare
rebatur summisacerdotes scribere quod Iesum
dolo tenerent, & occiderent. Dicebat autem:
Nō in die festo, ne forte tumultus fieret in po-
pulo. Qui debuerat pascha uicino parare uictimas,
leuigare templa parietes, pavimenta uerrere, uasa mun-
dere, & secundum ritum legis purificari, ut sanguini di-
gni fierent, congregatur, ineuentes consilium quod oc-
cidant dominum, non timentes seditionem, ut sim-
plex sermo demonstrat, sed cauentes ne auxilio popu-
li de suis manibus tolleretur. [**E**t cum esset Bethania
in domo Simonis leprosi, & recumberet.] Passus
pro omni populo, & uniuersas nationes suo sanguini
ne redempturus, moratur in Bethania domo obedi-
entiae, qua quondam fuit Simonis leprosi, non quod
leprosus illo tempore permaneret, sed quia antea le-
prosus, postea a saluatore mundatus est, nomine pristino
permanente, ut uirius curantis appareat. **N**am in cara-
logo apostolorum cum pristino uirio & officio Matthae-
us publicanus appellatur, quod certe publicanus esse de-
sierat. **Q**uidam Simonem leprorum uoluntate intelligere
partem populi, qui crediderat dominum, & ab eo curata sit.
Simon quoque ipse obediens dicitur. **V**enit mulier

SECUNDVM MARCVM 647

habens alabastrum unguentinardi spicati preciosi, et fracto alabastro, effudis super caput eius. Mulier ista Maria erat Magdalene, soror Lazar, quem suscitauit Iesus a mortuis, ut Iohannes aper- te commemorat, quod etiam hoc factum ante sex dies paschae testatur, pridie quam asino sedens cum palmis & laude turbarum Hierosolymam ueniret. Ipsa est autem non alia, quam quondam (ut Lucas scribit) peccatrix, ad hoc ueniens pedes domini lachrymis penitentiae rigauit, & unguento confessionis liniuit. Et quia multum dilexit, multo ueniam peccatorum a pio iudice promeruit. Nunc uero iustificata, & familiaris effecta domino, non tantum pedes eius, ut idem Iohannes narrat, uerum eius caput (ut Matthaeus Marcusque phibent) oleo sancto perfudit. Est autem alabastrum genus marmoris candidi, uariis coloribus intermixti, quod ad uasa unguentaria cauare solent, eo quod optime seruari ea incorrupta dicuntur. Nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascum Syriae ceteris candidius, probatissimum uero in India. Nardus uero est frutex aromaticus, graui (ut aiunt) & crassaradice, sed breui ac nigra fragilis, quamvis pingui, sic redolente, ut cyprius, aspero sapore, folio parvo desolatus, cuius cacumina in aristas se spargunt: ideoque gemina dote pigmatarum nardi spicas ac folia celebrant. Et hoc est quod Marcus ait, unguenti nardi spicati preciosi. Quia uidelicet unguentum illud, quod a tulit Maria dominus, non solum de radice confectum nardi, uerum etiam quo preciosius esset, spicas quoque & foliorum eius adiectione, odoris ac uirtutis illius erat accumulata gratia. Ferunt autem de nardo physiologi, quia principalis sit in unguentis, unde merito unctioni capitum & pedum domini oblata est. Sunt quidem multa eius genera,

sed in omnibus herbae præbent indicium, quod preciosius est. Mysticæ autem deuotio haec Mariæ domino ministrat, fidem ac pietatem designat ecclesia sanctæ, quæ loquitur in Cantico amoris, dicens: **Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.** Quæ nimis ruris uerba & semel iuxta literam Mariæ manibus compleuit, & quotidie in omnibus suis membris spiritualiter implere non desinit, quæ toto diffusa orbe gloriantur & dicunt: **Deo autem gratias, qui semper triūphant nos in Christo Iesu, & odorem nostram suam per nos manifestat in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo in omni loco.** Quicunq[ue] potentia diuina uirtutis eius, quæ illi una cum patre est, digna reverentia constitetur, laudat & prædicat, caput pfecto illius unguento perfundit precioso. **Cum uero assumptæ mysteria humanitatis æque digna reverentia suscipit, in pedes utique domini unguentum nardi pisticum, i. fidele uerbum perfundit, quæ illam eius naturam, quæ terram contingere, hoc est, inter hoies cōuersari dignatus est, pia predicatione commedat, ac deuotis ueneratur obsecruis.**

Erant autem quidam indigneferentes intrasse metipso, et dicentes: **Ut quid per ditio ista unguenti facta est?** Poterat enim istud uenudari unguentum plusquam trecentis denariis, & dari pauperibus. **M**arcus haec quod & Matthæus synecdochicos loquuntur, pluralem uidelicet numerum pro singulari ponens. **N**am Iohannes distinctius loquens, Iudam haec locum esse restat, & hoc gratia cupiditatis, eo quod fuerit, & loculos habens, ea quæ mittebant portarer. **P**otest autem intelligi quod & alij discipuli, aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente persuasum sit, atque omnium uoluntate Matthæus, Marcus etiā uer-

SECUNDVM MARCVM 649

bis expresserint, sed Iudas propterea dixerit, quia fur-
erat, cæteri uero propter pauperum curam. Iohannæ
autem de solo illo ideo cōmemorasse uoluisse, cuius
ex hac occasione furandi consuetudinē credidit inti-
mādam. Quod uero subditur, Et tremebat in eā,
nequaquā de bonis ac diligentibus Christum aposto-
lis dictum crediderim, sed de illo potius sub numero
plurali, qui nec domino & discipulis eius fideliter ad
hesisse, neq; pauperum curam habere probatus est.
Iesus autē dicit: Sinite eam. Quid illi mo-
lesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper
enī pauperes habent uobisūcum, & cum uolueritis, po-
testis illis benefacere. Me autem non semper habebi-
tis.] Alia hic oritur questio, quare Iesus post resur-
rectionem dixerit ad discipulos. Ecce ego uobiscum
sum om̄ibus diebus, usq; ad consummationem seculi,
& nunc loquitur, [Me autē non semp habebitis.]
Sed mihi uidetur de præsentia corporali in hoc loco
dicere, quia nequaquā cū eis ita futurus sit post resur-
rectionem, quō nunc in omni conuictu & familiari-
tate. Cuius rei Ap̄lus memor, ait: Etsi nouerim⁹ Ie-
sus Christum secundum carnem, sed nūc iam nō no-
uimus eum. Quod habuit h̄ec fecit: præuenit
uulgare corpus meum in sepulturā. Quod uos
putatis perditionem ungueti, officium sepulturæ est.
Nec mirum, si mihi bonum odorem suæ fidei dede-
rit, cum ego pro ea fusurus sim sanguinē meū. Amē
dico vobis. ubicunq; prædicatum fuerit istud euau-
geliū in uniuerso mundo, & quod fecit h̄ec, narra-
bitur in memoriam eius.] Attende notitiam fauoro-
rum, quod pastorus post dies paucos, sciat euangeliū
suū toto orbe celebrandum. Notandum autē, q;

653 **PASSIO CHRISTI**

sicut **Maria** gloriam adepta est toto orbe, quacumq[ue] ecclesia sancta diffusa est, de obsequio quod d[omi]no p[re]ia deuotionis exhibuit: ita ec[cl]etrio, ille qui obsequio eius detrahere temeraria lingua non timuit, perdidit nota longe lateq[ue] infamatus, & deo simul arcu hominibus merito factus est exosus. Sed d[omi]nus bonum laude digna remunerans, futuras imp[er]ii contumelias r[ec]cendo praeferit. **Et Iudas Scariotis vihus ex duodecim**, abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis.] Infelix Iudas, quod ex effusione unguenti se fecisse credebat, uult magistri precio cōpenfare. Nec certe iam postulat summam, ut saltē lucrosa uideretur proditio, sed quasi uile tradens mancipium, in potestate ementium posuit, quantum uellente dare. Quod autem dixit, [Abiit ad summos sacerdotes, ut p[ro]deret eum illis.] ostendit eum non à principib[us] in uitatum, non ulla necessitate cōstrictus, spōre propria sceleratae mentis iniisse consilium. **Qui audientes, gauisi sunt**, & promiserunt ei pecuniam sedatuos. Et quārebat quō illum opportune tradaret.] Multi hodie de scelere, quo d[omi]num ac magistrum deum cōsu[m] suum pecunia uēdiderit, uelut immane & nefarium scelus exhorret, nec tñ cauet. Nam cum promuneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto quia ueritatem pro pecunia negat, deum pecunia uendunt.] p[ro]p[ter]a e[m] dixit: Ego sum ueritas, cum societatem fraternitatis aliqua discordiae peste cōmaculant, d[omi]num produnt, q[uod]a deus charitas est. Qui ergo ueritatis & charitatis iura spernunt, deum utiq[ue] qui est charitas & ueritas, produnt, maxime cū non infirmitate uel ignorancia peccat, sed in similitudine ludicrū quærunt opportunatorem, qualiter arbitris absen-

Johan.14

Cum societatem fraternitatis aliqua discordiae peste cōmaculant, d[omi]num produnt, q[uod]a deus charitas est. Qui ergo ueritatis & charitatis iura spernunt, deum utiq[ue] qui est charitas & ueritas, produnt, maxime cū non infirmitate uel ignorancia peccat, sed in similitudine ludicrū quærunt opportunatorem, qualiter arbitris absen-

SECVNDVM MARCVM 651

tibus mendacio ueritatem, uirtutē crimine mutent.

Et primo die azymorum qñ pascha immolabāt, dicūt ei discipuli: Quō uis eamus & paremus tibi cōdere pascha?] Primū diē azymorū quartūdecimum primi mensis appellat, qñ fermento abiecto immolare. i. agnū occidere solebat ad uesperam. Qd^o expōnēs Apostolus, ait: Etem̄ pascha nostrū immolatus ē *1. Corin. 5* Christus. Qui licet die sequēti, hoc est, quintadecima sit luna crucifixus, hac tñ nocte, q agnus immolabāt, & carnis sanguinisq suis discipulis tradidit mysteria celebranda, & à Iudæis tētus ac ligatus, ipsius immolatiōis, hoc est, passiōis suæ sacrauit exordiū. **E**t mitit duos ex discipulis suis & dicit eis: Ite in ciuitatē, & occurre uobis homo lagenā aqua baulās.] Indicū quidē præscie diuinitatis est, quod cū discipulis loquens, qd alibi futurū sit, nouit. Pulchre autē parturis pascha discipulis, lagenā homo, siue (iuxta aliū euangelistam) amphoram aquæ baulās occurrit, ut ostendatur huius paschale mysterium pro oblatione perfecta mundi totius esse celebrādum. Aqua qp̄ pe lauacrum gratiæ, lagenā fragilitatem eorum designat, per quos eadem erat gratia mundo ministranda. **V**nde auunt: Habemus autem thesaurum istū in uasis fictilibus. Parāt ergo pascha discipuli, ubi aqua infertur lagenā, ut adesse tempus insinuēt, quo cultoribus ueris paschæ typicus de limine ac postibus crucis offeratur, & ad tollenda mundi crimina uiuifici fontis baptisma completeretur. **S**equimini eum, & quocūq; introierit, dicite domino domus, qz magister dicit. **U**bi est diuersorū, vbi est refectione mea, vbi pascha cū discipulis meis māducem? Consulte siue aquæ bauli, seu dñi domus

652 **PASSIO CHRISTI**

sunt prætermissa uocabula, ut omib[us] uerum pascha
celebrare uolentibus, hoc est, Christi sacramentis im-
bui, eumq[ue] suæ mentis hospitio suscipere quæribus
facultas danda signetur. [Et ipse uobis demonstra-
bit cœnaculum grāde stratum, & ibi parate nobis.]
Cœnaculum magnum lex spiritualis est, que de angu-
stis literæ egrediēs, in sublimi loco recipit saluatorē.
Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit, qd
aliud magnum quām pecus intellexerit? **Iste** nimirū
minus pascha facit, q[uod]a maiestatē spiritus in uerbis dei
comprehendere necdum didicit. **At** qui aquæ baiu-
lum, hoc est, gratia præconem in domum fuerit ec-
clesiæ consecutus, hic per Christum illustrantem sup-
fici literæ transcendendo in alto mētis solario Chri-
sto refectionem parat: qui a cuncta uel paschæ sacra-
menta, uel cætera legis decreta, eius esse sacramenta
cognoscit. **Vespere autem facto, venit cū duo**
decim. Et discubentibus eis & manducantibus, ait
Iesus: **Amen dico uobis, q[uod]a unus ex uobis me tradet,**
qui manducat mecum.] **Qui** de passione sua predi-
xerat, & de proditore predicit, dans locum pœnitentia-
tia, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas, & oc-
culata consilia, pœniteret eum facti sui: & tamen non
designat specialiter, ne manifeste coargutus, impudē-
tior fieret. Mittit crimen in numerum, ut agat cōsci-
us pœnitentiam. **Et** illi cœperunt contristari, et
dicere ei singulatum: **Hūquid ego?** Et certe no-
uerant undecim discipuli, quia nil tale contra domi-
num cogitarent, sed plus credunt magistro, quām si-
bi: & timentes fragilitatem suam, tristes interrogant
de peccato, cuius conscientiam non habebant. **Qui**
ait illis: **Unus ex duodecim, qui intinguit me**

cum manum in catino. O mira dñi patientia. Pris
us dixerat, unus ex uobis me tradet, perseverat tradi-
tor in malo, manifestius arguit, & tamen nomine pro-
prie nō designat Iudas, cæteris cōtristatis, & retrahē-
tibus manum, & interdicentibus cibos ori suo, teme-
ritate & impudentia, qua proditus erat, etiam ma-
num cum magistro mittit in catinum, ut audacia bo-
nam conscientiam mentiretur. **Et filius quidem**
hominis radit, sicut scriptum est de illo. **Vñ**
autem homini illi per quē filius hois trade-
tur. Nec primo nec secundo correptus, à proditione
retrahit pedem, sed patientia domini nutrit impudē-
tiā suam, & thesaurizat sibi iram in die irg. Pœnam
prædicti, ut quem pudor non uicerat, corrigat denū-
ciata supplicia. **Sed & hodie & quoq; in sempiternū,**
uñ illi homini, qui ad mensam dñi malignus accedit,
qui precordijs aliquo scelere pollutis, mysteriorum
Christi oblationibus sacrosanctis participare nō me-
tit. **Et ille enim in exemplum Iudei filium hois tra-**
dit, non quidem Iudeis peccatoribus, sed tamen pec-
catoribus mēbris, uidelicet suis, quibus illud inæsti-
mabile & inuiolabile dñi corporis ac sanguinis sacra
mentum temerare præsumit. **Ille dñm uendit, qui e-**
ius timore atq; amore neglecto, terrena p illo & ca-
duca, imo etiam criminosa diligere & curare conuin-
citur. **Bonum erat ei, si non esset natus homo**
ille. Non ideo putandus est ante fuisse quam nasce-
retur, quia nulli posuit esse bene, nisi ei qui fuerit. Sed
simpliciter dictum est, multo melius esse nō subsiste-
re, quam male subsistere. **Et māducātibus illis,**
accepit Iesus panē, & benedixit, ac fregit, & dedit eis,
& ait: Sumite, hoc est corpus meum. **I**nitis paschæ

ueteris solennijs, quæ in commemoratione antiquæ
de Aegypto liberationis populi dei agebant, transiit
ad nouum, quod in suæ redemptioñis memoriâ ec-
clesiam frequentare uolebat, ut uidelicet pro carne
agni, sui corporis sanguinisq; sacramentum substitue-
ret, ipsumq; lèse esse monstrarer, cui iurauit dominus
& non pœnitirebit eum, tu es sacerdos in æternū secun-
dum ordinem Melchisedec. Frangit autem ipse panē
quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fra-
ctionem, nō absq; sua sponte ac procuratione ventu-

Johan. 10. ram, sed sicut alibi dicit, potestatem se habere ponē-
di animam suam & potestatem se habere iterum su-
mendi eam. Quem uidelicet panem certi quoq; gra-
tia sacramenti, priusquam frangeret, benedixit: quia
naturam humanam, quā passurus assumpsit, ipse una
cū patre & spiritu sancto gratia diuinæ uirtutis im-
pleuit. Benedixit panem ac fregit, quia hominem as-
sumptum ita morti subdere dignatus est, ut ei diuinę
immortalitatis ueraciter inesse potētiam demonstra-
ret, ideoq; uelocius eum à morte resuscitandum esse
doceret. **Et accepto calice gratias ages, dedit**
eis. **Et biberunt et illo omnes.** Cum appropin-
quarent passioni, etiam accepto pane gratias egisse
perlibetur. Gratias itaq; agit, qui flagella alienæ ini-
quitatis suscipit. Et qui nihil dignum percussione ex-
hibuit, humiliter in passione benedicit: ut hinc uide-
tur ostēdat, quid unusquisq; in flagello culpæ facere
debeat, si iple & equanimitate flagella culpæ portat alie-
nae. **Vt hinc etiā ostendat, quid in correptione faciat**
subditus, si in flagello positus, patri gratias agit & qua-
lis. **Et ait illis:** **Hic ē sanguis meus non iesta**
mēti, qui p̄ multis effundetur. **Quia panis corp̄**

¶ SECUNDVM MARCVM 655

confirmat, uinū uero sanguinē operatur in carne, hic ad corpus Christi mystice, illud refert ad sanguinē. **V**erū quia & nos in Christo, & in nobis Christū manere oportet, uinum dñici sanguinis aqua miscetur. Attestante em̄ Iohanne, aquæ populi sunt. **E**t neque aquam solā, nec solum uinū, sicut nec granū frumenti solū sine aquæ admixtione & confectione in panē cuiquā licet offerre: ne talis uidelicet oblatio, quasi caput à mēbris secernendū esse significet, & uel Christum sine nostræ redempcionis amore pati potuisse, uel nos sine illius passiōe saluari ac patri offerri posse cōtingat. Quod aut̄ dicit, **Hic ē sanguis meus noui testamēti**, ad distinctionē respicit veteri testamēti, quod hincor & uitulorū est sanguine dedicatū, dicēte inter aspergendū legislatore: **Hic sanguis testamenti**, quod mādauit ad uos deus. Necesse est em̄ exemplaria quidē eorum his mūdari, ipsa aut̄ caelestia melioribus hostiis quam istis, iuxta quod Apostolus p̄ totam ad Hebræos epistolā, inter legem distinguens & euangelium, pulcherrima expositione & plenaria ratione demonstrat. **Amen amen dico robis.** qz iam non bibam de genimine vini usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei. Vitem siue uineam domini appellatam esse synagogam & omnis scripture sparsim, apertius tamen testatur Isaías in cantico de illa cantato: **Vinea**, inq̄ens, domini sabaoth, domus Israel est. De qua nimirum uinea dominus multo tempore fructum habebat, quamuis pluribus ramis in amaritudinem uitis alienæ conuersis. Quidam ramen, & si multis de illa plebe exorbitantibus, à recto fidei itinere non defuerit: plurimi toto tempore suere, quorum pijs

556 **PASSIO CHRISTI**

cognitionibus, summisq; virtutibus delectaretur deus. Verum passio in carne dñi, ac resurgentē à mortuis, tempus fuit, ut illa legalis ac figuralis obseruatio cessaret, atq; ea q; secundū literām gerebantur, in spirali talem translatā sensum, melius in nouo testamēto iuuiante sancti spiritus gratia tenerētur. Iturus ergo ad passionem dñs, ait: Tam nō bibam de genimine vitiis usq; ad diem illum, cū illud bibam nouū in regno dei. Ac si aperte dicat: Nō ultra carnalibus synagogae ceremonijs delectabor, in quibus etiam ista paschalisi agni sacrā locum tenuere primum. Aderit enim tempus mēae resurrectionis, aderit dies ille, cū ipse in regno dei positus, id est, gloria uitæ immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiæ spiritualis generati, nouo uobiscū gaudio perfundar. Et hymno dicto, erierunt in montem olivarum. Hoc est quod in Psalmo legimus, Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt dñm, qui requirunt eum. Potest etiam hymnus ille intelligi, quē dominus secundū Iohannē patri gratias agens decantabat, in quo & pro seipso, & pro discipulis, & pro eis qui per uerbum eorum credituri erāt, & eleuatis sursum oculis precabatur. Et pulchre discipulos sacramentis sui corporis ac sanguinis imbutos, & hymno piæ intercessionis patri cumulatos, in montem educit oluarum, ut typice designetur, nos per acceptiōnem sacramentorum suorum, perq; opem suæ intercessionis, ad altiora uirtutum dona, charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur, consende re debere. Et ait illis Jesus: Omnes scandalizabimini in me in ista nocte. Prædicti quæ passuri sunt, ut cum passi fuerint, nō desperent salutem,

CHI
T SECUNDVM MARCVM 657

sed agentes p̄enitentiam liberentur. Et signanter ad didit, in nocte ista sc̄andalizabimini, q̄a quōq; inebriātur, nocte inebriantur, sic & qui scandalum patiūt, in tenebris & in nocte sustinent. Nos uero dicamus, Nox præcessit, dies aut̄ appropinquauit. [Quia scriptum est: Percutiā pastorem, & dispergentur oves.] Hoc alij in Zacharia, p̄phera uerbis scriptū est: & (nisi fallor) ex persona prophetæ ad deum dicitur: Percutiā pastorem, & dispergentur oves. sexagesimo quoq; octavo Psalmo, q̄ totus à domino canitur, huic sensu congruente: Qm̄ quern tu percussisti, ipsi persecuti sunt. Percutit aut̄ pastor bonus, ut ponat animā suā p̄ ouibus suis, & de multis gregibus errori fiat unus gress & unus pastor. **Detrus autem ait ei:** Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego.] Non est temeritas neq; mendacium, sed fides apostoli Petri est, & ardens affectus erga dñm saluatorem. **Ez ait illi Jesus:** Amen dico tibi, q̄a tu hodie in nocte hac, priusquam bis gallus uocem dederit, ter me es negaturus.] Et Petrus de ardore fidei pr̄mittebat, & saluator quasi deus futura nouerat. Et nota, quia Petrus in nocte negat, & negat tertio. Postquam autem gallus cecivit, & de crescentibus tenebris uicina lux nunciata est, cōuersus fleuit amare, negationis lordes lachrymis lauans. Non est sane arbitrandum, esse cōtrarium, quod Marco dicente, Priusquam gallus bis uoce dederit, ter me es negaturus: cæteri euangelistæ simplieriter dixerunt, Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Tota em̄ Petri negatio, tripla negatio est. In eadē nancy permanxit negatione animi, propositoq; mendacij, donec admonitus qd ei prædictū sit, amaro fletu & cordis dolore sanaret. Hæc aut̄ tota, id est, tripla

658 PASSIO CHRISTI

negatio, si post primum gallicantum inciperet, falsum dixisse uiderentur tres, qui dixerunt, quod antequam gallus cāraret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus, si totam trinam negationem ante pegisset, quam gallus cārare inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur de persona domini: [Amen dico tibi, quia tu in nocte hac, priusquam gallus bis uocē dederit, ter me es negaturus.] Sed qā ante primum gallicantū tota possit intelligi, attenderūt. Quamuis, ēm̄ uerbis ante primū cōcepta, ante secundū aut̄ gallificantū peracta sit tota illa trina negatio, tñ affectio animi & timore Petri primū tota conceperāt est. Nec interest quantis moratū sit interuallis, prusquam trina uoce enunciata sit, cum cor eius etiam ante primum gallicantum tota posſideret, tunc magna scilicet formidine inhabita, ut posset semel non solum dominū, sed iterū & tertio interrogatus negare, ut rectius diligentiusq̄ attendentibus, quomodo iam mēchatus est mulierem in corde suo, qui eam uiderit ad concupiscendū: sic Petrus quandoq; uerbis ediceret timorem, quem uehementer animo conceperat, ut perdire posset usq; ad tertiam domini negationem, tota trina negatio ei tempori deputanda est, quādō cū trinæ negationis sufficiens timor inuasit. **E**t veniūt, in prædiūni cui nōmen Gethsemani. Monstratur usq; hodie locus Gethsemani, in quo dñs orauit, ad radices mōtis oliueti tūc, nūc ecclesia desuper edificata. Interpretatur aut̄ Gethsemani uallis pinguiū, siue pinguedinum. Quia uero non solum dicta uel opera saluatoris, uerum etiā loca uel tēpora, in gbus operatur & loquitur, mysticis (ut st̄pe dictū est) una plena figuris, cum in nōtē orat dñs, quasi facite nos

T SECUNDVM MARCVM 65

admonet sublimia tantum orando inquiri, & pro cælestibus bonis supplicari debere. At cū in ualle orat, & hoc in ualle pinguiū, siue pinguedinis ipsius, & quæ insinuat nobis humilitatem semper in oratiōibus, & internæ pinguedinē dilectionis esse seruādam. Nec uidelicet orās dñm, iactare sua merita in exemplum pharisei superbientis audeat, quin potius humiliuoce ac mēte proclamet: Deus, propitius esto mihi pecatori: ne aridū à dilectione proximi cor gestans, ad placandam sibi conditoris gratiam genuflectat: iuxta eū, qui cētum denarios fratri, quos sibi debebat, dimittere nolens, decē millia talēta sibi à dño frustra precabatur remitti: ne ieenum ab amore conditoris pectus habens, temporalia quælibet potius in oratione, quā eius uisionem requirat, adnumerandus in eis, de qbus ait ipse: Quia receperūt mercedem suā. Imo quippe cogitationē in rebus terrenis ponere, quid est aliud, quā quædā ariditas mētis? Qui autē intellectus cœlestium iam per sancta desideria in supernis delectationibus intime pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hac eī pinguedine saginari Psalmista concupierat, cum dicebat: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Quātum uero ad ipsam dominicæ passionis dispensationē pertinet, apte approprians morti dñs in ualle pinguedinis orauit, quia in ualle humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortē subiit. Humiliauit eī semetipsum, factus obediēs patri usq; ad mortē, mortē aut crucis. Et maiore hac dilectionē nemo habet, q; ut animā suā ponat q; pro amicis suis. Et assūmit Petruſ et Jacobū et Johannē secū, & cœpit pauere & tēdere. Erat illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem.

660 **PASSIO CHRISTI**

Timet Christus, cum Petrus non timeat. Christus dicit, Petrus dicit, **A**nimatam meam ponō pro te. Christus dicit, **A**nima mea turbas. Vt rūnq; uerū est, & plēnum utrūq; ratione: quod & ille qui est inferior, nō timet: & ille, qui est superior, gerit timētis affectum. Ille em̄ quasi homo, uim mortis ignorat: iste aut̄ quā si deus in corpore constitutus, fragilitatem carnis exponit, ut eorum qui sacramentum abiurant in carnationis, excluderetur impietas. Deniq; & hæc dixit, & Manichæus non credidit, Valentinus negauit, Marcion phantasma iudicauit. Eo autem usq; hominem, quem in ueritate corporis demōstrabat, & quabat affectu ut diceret: Sed tamē non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Suscepit ergo uoluntatē meam, suscepit tristitia meā. Confidenter nomino tristitiā, qā cīcē prædico. Mea est uoluntas, quā suam dixit: quia uero homo suscepit tristitiā meā, ut homo locurus est, & ideo: Nō sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Mea est tristitia, quā meo suscepit affectu. Ergo pro me doluit, q̄ pro se nihil habuit qd̄ doleret: & sequestrata delectatione diuinitatis æternitatis, trādio mea infirmitatis afficitur. [Tristis est (inq;) anima mea usq; ad mortē.] Nō propter mortē tristis est dñs, qā eum cōditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam quia corpus suscepit, oīa debuit subire quā corporis sunt, ut esuriret, sitiret, angereatur, contristaretur, diuinicas autem cōmutati per hos nescit affectus. Sustinetē hic, & vigilate. Et cum processisset paululum, procidit super terrā.] Quia præcepit, [Sustinetē hic & uigilate,] non à somno prohibet, cuius tēpus non erat imminentē discrimine, sed à somno infidelitatē & corporis & mentis. Dato autē eis precepto, ut sus-

SECUNDVM MARCVM 66.

piuerent uigilarentq; secum, paululum procidens ru-
ii in faciem suam, & humilitatem mentis habitu car-
nis ostendit. **E**t orabat, ut sifieri posset, trāsiret
ab eo hora, et dicit: Abba prer, oia tibi possibilia sunt,
trāsfer calicē hūc à me.] Quid erat illa uox, nisi son⁹
infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristan-
tur futura morte, sed habeant rectum cor, ut et mor-
tem quantum possunt, sed si non possunt, dicat quod
ipse dominus, non propter se, sed propter nos dixit.
Quid enim dixit? [Pater, si fieri potest, transeat à me
calix iste.] Ecce habet uoluntatem humanam Chri-
stus, vide iam rectum cor: [sed non quod ego uolo,
sed quod tu.] Non ueni facere (inquit) uoluntatē me-
am, sed uoluntatem eius qui me misit. Suam uolunta-
tem dixit, quam temporaliter sumpsit ex uirgine; uo-
lūtatem uero eius, qui eum misit, eā uidelicet signās,
quam intemporaliter æternus habuit cum patre cō-
munem. Orat transire calicem, ut ostēdat uere, quia
& homo erat: reminiscens autem propter quod mis-
sus est, perficit dispensationem ad quam missus est, &
clamat: [Sed non quod ego uolo, sed quod tu.]
Si moritur mors me non moriente, secundum car-
nem uidelicet, transeat (ait) calix. Verum quia non a-
liter hoc fieri, ait, nō quod ego uolo, sed quod tu. Quo
autem patrem inuocans, dupli nomine dicit, ab-
ba pater, utriusq; populi, & Iudeorum scilicet illum
& gentilium deum esse acsaluatorem ostēdit. Idem
nanc̄ abba, quod & pater significat, sed abba hebre-
um, pater græcum est & latinū. Ut ergo utrumq; po-
pulum in eum crediturum ab utroque eum inuocan-
dum esse doceret, utraq; lingua eum primus ipse in-
uocat, Ipse est eīn bonus pastor, qu animam suam das.

662 **PASSIO CHRISTI**

pro ouibus suis, unum de duobus gregibus ouile perficit. Ideo utriusq; uoce gregis auxiliū patris flagitat, ut nos utroq; exēplō illius informati, ubi aduerā imminere senserimus, nos patrē dēū. **Hebræi** abba inuocantes, una fidei & charitatis deuotiōe p̄fidium cælestē q̄ramus. **Vñ** dōctor egregius formā docēdī a dño sumēs, ita suos auditores alloquit: **Accepistis spiritū adoptionis filiorū**, in q̄ clamamus abba p̄t. **Abba nimis illi**, qui de **Israēlitico populo**: nos pater, qui de de gentibus ad fidē Christi uenimus. **Et venit, et inuenit eos dormientes.** Et ait Petro: **Simō dormis? Non potuisti una hora uigilare?** Ille qui supra dixerat, **Etsi omnes scandalizati fuerint, ego nunquā scandalizabor**, nunc tristitiae magnitudine somnum uincere non potest. **Vigilate et orate, ut non intratis in tentationē.** Impossibile est humānā animam non tentari. **Vñ& in orōne dñica dicimus:** Ne nos inducas in temptationem, quam ferre non possumus, tētationem penitus refutantes, sed uires sustinēdi in tētationibus deprecantes. Ergo & impræsentiarū non ait: **Vigilate & orate ne tentemini**, sed ne intretis in tentationem, hoc est, ne tentatio uos superet ultima & intra suos casus teneat. **Verbi gratia, martyr**, qui pro confessione domini sanguinē fudir, tentatus qui dem est, sed temptationis retribus non ligatus. **Qui autē negat, in plagas temptationis incurrit.** **Spiritus qui dē promptus, caro autem infirma.** Hoc aduersum temerarios dictū est, quia quicquid crediderint, putant se posse consequi. Itaq; quantū de ardore mētis confidimus, tantū de carnis fragilitate timeamus. **Sed tamen iuxta Apostolū, spiritu carnis opera mortificatur.** Facit hic locus aduersum Euticianos, q̄ dī-

SECVNDVM MARCVM 663

et unam in mediatore dei & hominum domino &
saluatori nostro operatione & unam fuisse uolunta-
tem. Cum enim dicit, [**Spiritus quidē promptus est,**
caro uero infirma,] duas uolūtates ostēdit: humānā
uidelicet, quae est carnis: & diuinā, q̄ est deitatis. **Vbi**
humana quidem propter infirmitatem carnis, recu-
sat passionem, diuina autē eius ē prōptissima: quoniā
formidare quidē in pass. de humānā fragilitatis ē, sus-
cipere autē dispensationem passionis, diuinā uolūta-
tis atq; uirtutis est. **Et iterū abiit.** & orauit, eun-
dem sermonē dicens. Solus orar pro omnibus, sic-
ut & solus patitur pro uniuersis. Languebant autem
& opprimebantur apostolorum oculi, negatione uia-
cina. **Et venit tertio,** & ait illis. **Dormite iam,** &
requiescite. **Sufficit.** **Venit hora, ecce filius**
hominis tradetur in manus peccatorū. Cum
dixisset, [**Dormite iam & requiescite,**] & adiunge-
ret, [**Sufficit;**] ac deinde inferret, [**Venit hora, ecce**
tradetur filius hominis,] ut intelligitur post illud
quod eis dictum est: [**Dormite & requiescite,**] si luis-
se dominum aliquantum, ut hoc fieret quod præmi-
serat, & tunc intulisse: [**Ecce appropinquabit hora,**
sive uenit hora.] Ideo post illa uerba positū est: [**Suf-**
ficit,] id est, q̄a requieuitis, iam sufficit. Sed q̄a cōme-
morata ipsa non est interpositio silēti dñi, propter
ea coartat intellectum, ut in illis uerbis alia pronunci-
atio regratur. **Surgite, eamus.** **Ecce qui me**
tradet, prope est. Postquā tertio orauerat, & apo-
stolorū sequentē timorē penitētia impetraverat cor
rigendum, securus de passione sua pergit ad persecu-
tores, & ultiō se interficiendum præbet, dixitq; disci-
pulis: [**Surgite, eam.**] **Ecce qui me tradet, ppe est.**

664 **PASSIO CHRISTI**

Non uos inueniat quasi timentes & retractantes, ut
tro pergamus ad mortem, ut confidentiam, & gaudi-
um passuri uideat. **Dederat autem traditoris ei signum, dicens:** Quemcūq; osculatus fuero, ipse est,
tene eum, & ducite caute. Et cū uenisset, statim ac-
cedens ad eum, ait: Rabbi. Et osculatus est eum. **I**m-
pudens quidē & scelerata cōfidentia, magistrū inuo-
care, & osculum ingerere ei, quem tradebat: tamē ad
huc aliquid habet uerecundia discipuli, cum non eis
palam tradidit persecutoribus, sed per signum oscu-
li. Suscipit autem dominus osculum traditoris, nō quo
simulare nos doceat, sed ne proditionē fugere uidea-
tur, simul & illud David implens: Cum his qui ope-
runt pacē, eram pacificus. **U**nus quidem de cir-
constantibus educens gladium, percussit fer-
uum iummi sacerdotis, & amputauit illi auriculam. **I**
Petrus hoc fecit, ut Iohannes euāgelista declarat, co-
dē nimis mētis amore, quo antea multa fecerat. Scie-
bat enim quō Phinees puniendo sacrilegos mercede in-
stitia & sacerdotij perennis accepert. Lucas aut̄ ad-
dit, quia dñs tangēs auriculam serui, sanauerit eum.
Nunquid ergo pietatis suę obliuiscitur dñs, qui & ho-
stes suos non patitur vulnerari? Illi iusto mors inferit,
ipse persecutor & uulnera sanat, mystice docēs etiā e-
os, q; in suæ mortis confessione uulnus animæ con-
traxerant, si fructū pœnitentiae dignum fecerint, salu-
tem mereri. **E**t respōdens Iesus, ait illis: Tan-
quam ad latronem existis cum gladijs & fustibus cō-
prehendere me? Quotidie eram apud uos in templo
docens, & non me tenuistis. **I** Stultum est (inquit)
eum cum gladijs & fustibus querere, qui ultro se tra-
didit uestris manibus: & in nocte quasi latitantem,

¶ SECUNDVM MARCVM 665

¶ Questros oculos declinare in proditorem inuestigare, qui quotidianie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas uestra in tenebris est. Tunc discipuli eius relinquent eum, omnes fugerunt. Impletur sermo dñi, quo dixerat, quod omes discipuli scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Nam & si turba permittente ad petitionem domini fugerunt, ut Iohannes scribit, paucorem tamen ac timiditatē suā mentis ostendebat, quod ad fugae præsidium promptiores, quam ad fiduciam patientiē extiterant. Adolescens autē quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. ¶ Quia autem amictus sindone super nudo, subauditur corpore. i. corpore sup nudo, q[uod] non aliud indumentum, quam solam habebat sindonem. Quis autem fuerit iste adolescens, euangelista non dicit. Quisquis uero fuerit, maiorē in se, quam in ceteris amorē dñi permanisse cōprobat: quia illis iam fugientibus, ipse donec ab hostibus comprehendere tur, uinculo charitatis attractus, cum prosequi non omisit, quamvis necdum habuit pfectam charitatē, q[uod] à comitatu saluatoris uel tentus, pfugere potuit. Quia sicut pfecta charitas foras mittit timorē, ita timor mentē obsidēs, imperfectā arguit charitatē. Sed notandum solertius, quod de hoc adolescentē scribens euangelista, nō ait, qui fugit à comitatu dñi, uel à sequendo dñm, sed reiecta (inquit) sindone, nudus pfugit ab eis. Fugit enim ab hostibus, quorum presentiam detectabatur & facta. Non enim fugit à dño salvatore, à magistro suo, cuius amorē etiam corpore absens fit in corde seruauit. Negat alioquin intelligi Io-

666 **PASSIO CHRISTI**

hannē hunc fuisse adolescentē, dilectum præ ceteris
magistro discipulū. Nam & illū eo tempore fuisse ado-
lescentē, lōga post hæc in carne uita eius indicio est.
Potuit em̄ fieri, ut ad horam tenentium manibus ele-
pis, mox resumpto indumento redierit: & sub dubia
luce noctis sese turbis ducētiū **Iesum**, quasi unus de
ipsis immiscuerit, donec ad atrium pontificis, cui no-
tus erat, perueniret, iuxta quod in suo euāgelio ipse
commemorat. Sicut autem Petrus, qui culpā nega-
tionis penitentie lachrymis abluit, & cōfessione do-
minici amoris funditus extirpauit, recuperationem,
corū ostendit, qui in martyrio labūtur: ita cæteri di-
scipuli, qui ad articulū cōprehensionis fugiendo pue-
nerant, cautelam fugiendi docent eos, quise minus.
Idoneos ad toleranda supplicia sentiunt, q̄bus tutius
est multo, p̄spidia latebrar̄ petere, quam le discriminī
terrāminū exponere. Ita etiam iste adolescentē, q̄
reiecta sindone nudus, pfugit ab impijs, illoꝝ & op̄
designat & animū, qui ut securiores ab incursib⁹ ho-
stium fiant, q̄cquid in hoc mundo possidere uidetur,
abiciūt, ac nudi potius domino famulari, quam ad-
hærendo mundi rebus, materiam tentādi, atq; a deo
reuo cādi aduersarijs dare didicerunt, iuxta exēplum
beati Ioseph, q̄ relicto in manibus adulteræ pallio,
foras exiliuit, malens deo nudus, quam induitus cupi-
diratibus mūdi, meretrici seruire. **Et adducerunt**
Iesum ad summū sacerdotē. Summū sacerdo-
tēm Caiphā significat, sicut Iohānes euāgelistā scri-
bit, erat p̄tifex anni illius, de quo cōsentanea testat
Iosephus, q̄ p̄tificatum sibi absq; merito dignitatis
emerit à principe Romano. Non est mis̄, si iniquus
pontifex, inique iudicat. [Petrus autem à longe lecu-

SECUNDVM MARCVM 67

tus est eum usq; intro in atrium summi sacerdotis. ¶
Merito à longe sequebatur, quem proximus erat ne
gaturus. Nusquam enim negare posset, si Christo p-
ximus adhæsisset. Verū in hoc maxima nobis est ad-
miratione uenerandus, quod Iesum nō reliquit, etiā
cum timeret. Quod enim timet, natura est: quod se-
quitur, devotionis: quod negat, obreptionis: quod
penitet, fidei. Aliter, quod ad passionem euntē do-
minus sequebatur à longe Petrus, significabat ecclē
siā secuturam quidem, hoc est, imitaturam uestigia
passionis domini, sed longe differēter. Ecclesia enim
pro se patitur, at ille, p ecclesia. Et sedebat cū mi-
nistriis, & calefaciebat se ad ignē. Est dilectionis
ignis, est & cupiditatis: de hoc dicitur, Ignē ueni mit-
tere in terrā, & quid uolo, nisi ut ardeat de illo, Oēs
adulterantes uelut clibanus corda eorum: iste, super
credētes in cenaculo Sion descendens, uaris linguis
eos deum laudare docuit: ille, in atrio Caiphæ insti-
tu maligni spiritus accēsus, ad negandū ac blasphem-
andum dominum noxiās perfidorum linguis ar-
mabat. Quod enim intus iū domo principis sacerdo-
tum synodus maligna gerebat, hoc ignis in atrio fo-
ris inter frigora noctis materialiter accensus typice
premonstrabat. Quicunq; ergo uitio obnoxius pōt
dicere cum Propheta dño: Quia factus sicut uter in
pruina, iustificationes tuas non sum oblitus, In qui-
buscunq; autem flammam charitatis turbida uitiora
flamina obruerūt, à domino audiūt: Quoniam abun-
dauit iniquitas, refrigesceret charitas multorum. Quo Watt. 24.
frigore torpens ad horā apostolus Petrus, quasi pru-
nis ministrorū Caiphæ calefieri cupiebat, quia tem-
poralis commodis solatium perfidorū societate qua-

rebat. Sed nō mora, respectus à dñō, cum ignem prae
uorum corpore, tūc & infidelitatem corde reliquit,
ac post resurrectionē dñi sancto igne recreatus, fun-
ditus excessum trinæ negotiis trina dilectionis con-
fessione purgavit. Tunc etem̄, completa illa memo-
rabilis pīscium captura, cum ueniret ad dñm, uidit cū
discipulis suis prunas positas, & pīscem superpositū
& panem: moxq; uidens, sui cordis arcana prunis in-
flammauit amoris. **E**t quidā surgentes falsum
testimonium ferebant aduerlus eum, dicentes: Qm̄
nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam tem-
plum hoc manufactū, & post triduum aliud nō ma-
nufactum, ædificabo.] Quō falsi testes sunt, si ea di-
cunt, quā dñm dixisse legimus? Sed falsus testis est,
qui non eodem sensu dicta intelligit, quo dicuntur.
Dominus em̄ dixerat de templo corporis sui, sed in
ipsis uerbis calumniabantur, & paucis additis uel mu-
tatis, quasi iustum calumniam faciunt. Saluator em̄
dixerat: **S**olute templum hoc, isti cōmutant &
aiunt: [**E**go dissoluam templum hoc manufactū.]
Vos, inquit, soluite, non ego: quia illicitū est, ut nos
ipsi nobis inferamus mortem. Deinde illi uertunt;
Et per triduum aliud non manufactum ædi-
ficabo, ut propriet de templo iudaico dixisse uidea-
tur. Dñs autem, ut ostenderet animal uiuum & spi-
rans templum, dixerat: **E**t ego in triduo suscita-
bo illud. Aliud est ædificare, aliud suscitare. [Et ex-
urgens summus sacerdos in mediū, interrogauit Ie-
sum, dicens: Non respondes quiquam ad ea quā ti-
bi obiiciūtur ab his? Ille autē ræcebat, & nihil r̄redit.]
Ira præcep̄ & impatiens, nō inueniens calumnæ lo-
cum, excutit de solio ponit in cem, ut insaniam mentis

SECVNDVM MARCVM 69

motu corporis demonstraret. Quanto Iesus racebat ad indignos responsione sua, falsos testes & sacerdotes impios, tanto magis pontifex furore superatus, eum ad respondēdū, puocat, ut ex qualibet occasione sermonis locum inueniat accusandi, nihilominus Iesus rater. Sciebat ēm̄ quasi deus, q̄cquid respōdisset, torqueādum ad calumniam. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: [Tu es Christus filius dei benedicti] Iesus aut̄ dixit illi: Ego sum]. In Matthæo scriptum est, q̄ interrogāti & iuranti se pontifici, si esset Christus, responderit: Tu dixisti, p̄ quo Marcus posuit, Ego sum, ut uidelicet ostendere tam ualere quod dixit Iesus, Tu dixisti: quantum si dicere, Ego sum. Et videbitis filium hominis a dextris sedentem virtutis dei, et venientem in nubibus cæli. Si ergo tibi in Christo oī Iudeæ, pagane & heretici contēptus, infirmitas & crux contumelia est, uide quia per hæc filius hoīs ad dexterā dei pris̄ sessurus, & ex partu uirginis homo natus, in sua cum cæli nubibus est maiestate uenturus. Vnde & Apostolus, cū crucis obiecta descripsisset, dicens: Qui humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortē, mortē aut̄ crucis, adiūxit atq; ait: Propter qđ & deus illū exaltavit, & donauit illi nomē, qđ est sup̄ om̄e nomē, ut in nomine Iesu om̄e genu flectat, cœlestiū, terrestriū & infernoriū. & om̄is lingua confiteatur, qđ dñs Iesus Christus in gloria ē dei patris. [Summus aut̄ sacerdos scindens uestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam.] Quem de solio sacerdotali furor excusserat, eundem rabies ad scindendas uestes, puocat. Scindit uestimenta sua, ut ostendat Iudeos sacerdotalem uestē uel gloriam.

670 **PASSIO CHRISTI**

perdidisse, & uacuam sedem habere pontificis. Sed & consuetudinis Iudaicæ est, cū aliquid blasphemiarum & quasi contra deū audierint, scindere uestimenta sua, **Actuū. 14.** qd Paulum quoq; & Barnabam, quando in Lycaonia deoꝝ cultu uenerabantur, fecisse legimus. Herodes aut, quia non dedit honorē deo, sed acqueuit in moderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. Altiori autē mysterio factum est, ut in passione dñi pontifex Iudæorū sua ipse uestimenta disciderit, cum tunica dñi nec ab his, qui eum crucifixere, militibꝫ scindi potuerit. Figurabat ēm, quod sacerdotiū Iudæorū pro sceleribus ipsorū pontificū esset scindendum, & à suā statu integratatis omnimodis soluendū. Soliditas uero sanctarū uniuersalis ecclesiarū, que uestis sui redēptoris solet appellari, nunquā ualeat disrumpi, quin potius, & si Iudæi, si gentiles, si hæretici, si malitiæ catholici humilitatē domini saluatoris contēnār, eius tñ usq; ad consummationem seculi, in illis, quos sors electionis inuenierit, inuiolata sit permāsura castitas. **Et cooperunt quidā conspuere eum.** Et cœdere faciē eius, & colaphis eum cœdere, & dicere eis Prophetiza. Et ministri alapis eū cœdebant. **Impleta** est hoc loco prophetia, quæ ait: Dedi maxillas meas alapis, & faciem meā nō auerti a confusione sputorū. Sed qui tunc cœsus est colaphis, siue alapis Iudæorū, cœditur etiam nunc blasphemij falsorum Christianorum. Qui tunc consputps est saluus infideliū, nūc usq; uesanijs nominetenus infidelium exhonatur, atq; irritatur opprobrijs. **Velauerūt autē faciē eius,** non ut eorum ipse sclera non uideat, sed ut a se ipsis, sicut quandoq; Moysi fecerant, gratiam cognitionis eius abscondant. **Si ēm crederent Moysi,** crederet for-

Isaie. 50

¶ SECUNDVM MARCVM

671

sitan & dñō. Quod uel amētum usq; hodie manet su
per cor eorum non reuelatum, nobis autē in Christū
credentibus ablatū est. Neq; em̄ fruſtra eo moriente
uclum tēpliscissum est medium, & ea quæ toto legis
tempore latuerant, & abscondita carnali Iſraeli fuerāt,
nouī testamenti cultoribus sunt patefacta sancta san
ctorū arcana. Quod uero dicunt ei, Prophetizā.
& iuxta alios euāgelistas, Quis est qui te percus
sit, quasi in contumeliā faciunt eius, quise à populis
prophetam uoluerit haberi. Sed ipso dispensante, q
patitur, omnia, p nobis fiunt, sicut Petrus hortatur:
Christo in carne passo, nos eadem cogitatione arme
mur, atq; ad toleranda, p nomine eius irrisiōnū op
probria præparemur. [Et cum esset Petrus in atrio
deoſum, uenit una ex ancillis summi ſacerdotis. Et
cum uidiffet Petruſ calefacientē ſe, aspiciens illum ait:
Et tu cū Iesu Nazareno eras. At ille ne gauit, dicens:
Neq; ſcio, neq; noui qd dicas.] Quid ſibi uult, qd pri
ma eū, pdit ancilla, cū uiri utiq; magis magis eū po
tuerunt recognoscere, niſi ut & iſte ſexus peccasse in
necem dñi uideretur, & iſte ſexus redimeret per dñi
passionem? Et ideo mulier resut testiōis accipit pri
ma mysteria, & mādata custodit, ut ueterē præuar
candiōis abolerer errorē. Et exiſforas ante atrium,
et gallius cantauit. De hoc galli canuū ceteriuā
geliftæ rācēt, non tñ factum eſſe negant, ſicut & mul
ta alia alij filētio præterierūt, quæ alij narrānt. Rur
sum aut̄ cum uidiffet alia eū ancilla, cœpit dicere cir
cumſtātibus, q; a hic ex illis eſt. At ille iterū ne gauit,]
Nō hec eadē quæ prius accusabat, ancilla eſſe creden
da eſt. Dicit nanq; Mattheus apertissime: [Exeunte
autē illo ianuāḡ, uidit eum alia ancilla, & ait hijs q; u

672 **PASSIO CHRISTI**

erant ibi. In hac aut negatione Petri discimus, non solum abnegare Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit negat se esse Christianum. Dominus autem non ait Petro: Discipulum meum te negabis, sed me negabis. Negauit ergo ipsum, cum se negauit eius esse discipulū. Et post pusillū rur sus qui astabant dicebant Petro: Vere es tu Iesus. Nam et Galilaeus es. Non quæ alia lingua Galilæi quam Hierosolymitæ loqueretur, qui utriguerunt Hebrei, sed quæ unaquæcumque, & regio suæ habeat proprietates, ac uernaculum loquendi sonum uitare non possit. Vnde in Actibus apostolorum, cù hi, quibus spūs sc̄tūs insederat, omnium gentium linguis loqueretur, inter alios quæ diuersis mundi plagiis aduenierant, etiam illi qui habitabant Iudeam, dixisse referuntur. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galli sunt? Et quomodo audiuimus unusquisque linguam nostram in qua natissimus? Et Petrus fratribus loquens in Ierusalem: Et notum, inquit, factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille aceldema. Quare lingua eorum, nisi quod id est nomen aliter illi, hoc est, Hierosolymitæ, aliter sonabat Galilæi? Ille autem cœpit anathematizare & iurare, quia nescio hōiem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Solet scriptura sacra meritum causarū, per statum designare temporū. Vnde Petrus, qui media nocte negauit, ad galli cātum posuit: qui etiam post resurrectionē domini diurna sub luce illum, quæ tertio negauerat, tertio & que se amare professus est. Quia nimis, qui in tenebris obliuionis errauit, & speratae iam lucis rememoratio ne correxit, & eiusdem uerae lucis adepta præsentia,

plene totum quicquid mutauerat erexit. Hunc copi-
nor gallū aliquē doctore intelligendū, qui nos iace-
tes excitās & somnolētōs increpās, dicat: Euigilate
justi, & nolite peccare. **Et recordatus ē Petrus**
verbi, qđ dixerat ei Iesus: Priusquā gallus canet bis-
ter me negabis. Et cōpīt flere.] Quām noctuā pra-
uorum colloquia! Petrus ipse inter infideles uel ho-
minē se nosse negauit, quē inter cōdiscipulos iā dei
filiū fuerat cōfessus. Sed nec in atrio Caiphæ reten-
tus poterat agere p̄cūnientiā, egreditur foras, ut alij
narrant euangelistæ, q̄tenus ab impiorū concilio se-
cretus, sordes pauidæ negatiōis liberis fletibus absol-
vat. **Et confessim mane consilium facientes**
summis sacerdotēs cum seniorib⁹ & scribis,
& uniuerso cōcilio, uincientes Iesum, duxerunt, & tra-
diderunt Pilato.] Non solum ad Pilarum, sed etiam
ad Herodem ductus est, ut uterq; domino illuderet.
Et cerne solitudinem sacerdotum in malo: tota no-
ste uigilauerunt, ut homicidium facerent. **Et vin-**
ctum tradiderunt Pilato. Habebant enim hūc
morem, ut quem adiudicaslent morti, ligatum iudi-
ci traderent. Attamen norandū, quod non tunc pri-
mum ligauerunt eum, sed mox comprehensum no-
ste in horro (ut Iohannes declarat) ligauerunt, & sic
adduxerūt eū ad Annam primū. **Et interrogauit**
eum Pilatus: Tu es rex Iudeorū? Pilato
nihil aliud criminis interrogante, nisi utrum rex Iu-
deorū sit, arguitur impieratis Iudei, quod ne fal-
so quidem inuenire potuerint, quod obijcerent sal-
uatori. **Et illerēspondens ait illi: Tu dicas.**
Sic respondit, ut & uerum diceret, & sermo eius ca-
lumniæ non pateret. **Et attende quod Pilato, qui in**

674 **PASSIO CHRISTI**

uitiis sententiam ferebat, aliqua in parte responderet, sacerdotibus autem & principibus noluerit, indignosq; suo sermone indicauerit. **Pilatus autem** tursum interrogauit eum, dicens: **Nō** respondes quicquam? **Vide in quantis te accusant.** Iesus autem amplius nihil respondit. **Ethnicus** quidem est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudeorum. **Vide in quantis te accusant.** Iesus autem nihil respondere uoluit, ne crimen diluens dimitteretur a prafide, & crucis utilitas differretur. **Pontifices** autem concitauerunt turbam, ut magis Barabam dimitteret eis. **Visque** hodie haeret Iudeis sua petitio, quam tanto labore impetrarunt. Qui enim data sibi optione pro **I E S V** latronem, pro saluatori interfectorum, pro datore uitae elegerunt ademptorem, merito salutem perdidérunt & uitam, & latrociniis sese ac seditionibus intantum subdiderunt, ut & patriam regnum q; suum quod plus Christo amauere, perdiderint, & haec tenus, quam uendideret, siue anima, seu corporis libertatem recipere non meruerint. **Pilatus autem iterum respondet.** ait illis: Quid ergo uultis faciam regi Iudeorum? At illis etiam clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus uero dicebat eis: Quid enim mali fecit? **Multas** liberandis salvatorem Pilatus occasiones dedit. Primum latronem iusto conferens, deinde inferens: **Quid ergo vultis ut faciam regi Iudeorum?** Cumque responderent, **Crucifigatur,** statim non acquieuit, sed iuxta suggestionem uxoris, qua mādauerat ei, ut Matthæus scribit, Nihil tibi & iusto illi, ipse quoquerespondens ait: **Quid enim malifecit?** Hoc dicendo Pilatus absoluuit Iesum. **Et illi magis clamabant:**

TSECUNDVM MARCVM 678

Dicētes: Crucifige eum. **V**t impleretur quod in
uicesimo primo Psalmo dixerat: Circundederūt me **psal. 113.**
canes mulii, cōgregatio malignantium obsedit me.
Isaias quoque in hac sententia congruenter: Expe-
ctaui ut faceret iudicium. **E**t illud Ieremias: Facta est **Isaie. 54.**
mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, dederunt sug-
me uocem suam. Fecerunt autem iniquitatem, & nō
iustitiam, sed clamorem. [Pilatus autem uolens po-
pulo satisfacere, dimisit eis Barabbam, & tradidit Ie-
sum flagellis caelum, ut crucifigeretur.] Iesus autem
flagellatus nō ab alio, quām ab ipso Pilato intelligen-
dus est. Scribis nāc aperte Iohannes: Clamauerunt
rursum dicentes omnes: Non hunc, sed Barabbam.
Erat autem Barabbas latro, Tunc ergo Pilatus ap-
prehendit Iesum & flagellauit.] Ac deinde subiungi-
git: **E**t milites plectētes coronam de spinis,
imposuerunt capitieū. Quod quidem ideo fe-
cisse, atq; ideo credendum est militibus eum illuden-
dum tradidisse, ut satiati pœnis & opprobijs eius Iu-
dæi, mortem eius ultra sitire desisterent. Hoc autem
factum est, ut quia scriptum erat, Multa flagella pec-
catorum, illo flagellato, nos à uerberibus liberare-
mur, dicente scripture: Flagellum non appropinqua-
bit tabernaculo tuo. **M**ilites autem duxerunt
eū in atrium prætorij, et conuocant totā co-
horrem, & induunt eū purpura, & imponunt ei ple-
tentē spineam coronam, & cōperunt salutare eū,
Aue rex Iudæorum.] Milites quidem, quia rex Iu-
dæorū fuerat appellatus, & hoc eis scribæ & sacerdo-
tes crimē obiecerant, quia sibi in populo Israel usue-
paret imperium, illudentes hoc faciunt, ut nudatum
pristinis uestibus, induant purpura, qua reges uete-

676 **PASSIO CHRISTI**

res utebantur. Et pro diademate imponunt ei spine
am coronam, pro sceptro regali dant calatum, ut
Matthæus scribit, & adorant quasi regem. Nos autem
omnia hæc intelligamus mystice. Quomodo enim
Caiphas dixit, Oportet unum hominem mori pro popu-
lo, nesciens quod diceret: sic & isti quicquid fecerunt,
licet alia mente fecerunt, non nobis qui credidimus, sa-
cramenta tribuebant. Notandum autem, quia pro eo
quod **Marcus** ait, [Et induunt eum purpura,] **Mat-**
thæus ita posuit: [Et exuëtes eum, chlamydem coc-
cineam circunde derunt ei.] Pro regia enim purpura,
chlamys illa coccinea ab illudentibus exhibita erat.
& est rubra quædam purpura coco similima. Potest
enim fieri, ut purpura etiam **Marcus** cōmemorau-
rit, quam chlamys habebat, quamvis coccinea esset.
Mystice enim purpura, qua induitus est dñs, ipsa eius
caro, quæ passionibus obiecit, insinuat, de qua pra-
missa dixerat prophetia: Quare ergo rubrum est indu-
mentum tuum, & uestimenta tua sicut calcantum in tor-
culari. In corona uero, quæ portabat spinea, nostrorum
suscepitio pectorum, pro qua mortalis fieri digna-
tus est, ostenditur, iuxta quod præcursor istius testi-
monium ei perhibens, ait: Ecce agnus dei, ecce q[uod] tol-
lit peccata mundi. Namq[ue] spinas in significatione pec-
catorum ponis solere, testatur ipse dñs, qui protopla-
sto in peccatum prolapsio dicebat: Terra tua spinas &
tribulos germinabit tibi. Quod est aperte dicere: Co-
scientia tua punctiones tibi & aculeos uitiorum pro-
creare non desister. Quod uero iuxta euangelium Lu-
cæ dominus apud Herodem alba ueste induit, in
ceteris uero euangelistis à militibus Pilari sub pur-
pureo sive coccineo habitu illusus esse perhibet, col-

Isaie.63.**Johan.1.**

¶ SECVNDVM MARCVM 647

Iata utraque ratione, in uno innocentia & castitas as-
sumptae humanitatis, in altero a ute[m] ueritas passio-
nis, per quam ad gloriam regni immortalis es[et] per
uenturus, exprimitur. Sicut enim purpura colorem
sanguinis, q[uod] pro nobis es[st]us est imitatur, ita & ha-
bitum regni, quod post passio[n]em dominus intravit,
nobisq[ue] intradum p[re]fecit, insinuat. Verum quia di-
xit Apostolus, Quotquot enim in Christo baptizati
estis, Christum induistis: & Isaia domino de electis,
Sala.,
Omnibus his uelut ornamēto uestieris: potest in hoc
utroq[ue] domini habitu, non inimicorum quidem sen-
tencia probrosa, sed ipsius domini electione glorio-
sissima, omnis electorum eius multitudo, qua in mar-
tyres uenerandos, & cetera fidelium plebe distingui-
tur, aptissime designari. Alba etenim ueste induitur,
cum munda iustorum confessione circundatur. Pur-
pura siue coco uestitur, cum in triumpho uictorioso
rum martyrum gloriatur. **Et percutiebat caput**
eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes ge-
nua adorabant eum.] H[oc] tūc fecere milites Pilati,
h[oc] usq[ue] hodie faciūt h[er]eticī & pagani, milites utiq[ue]
diaboli. Quia em̄ caput Christi deus, caput eius p[ro]cu-
tiunt, qui eum uerū deum esse denegant. Et quia scri-
ptura per arūdinem solet confici, quasi arundine ca-
put Christi feriunt, qui diuinitati illius contradicen-
tes, errorem suum confirmare autoritate sacræ scri-
pturæ conantur. Spuunt in faciē Christi, qui præsen-
tiam gratiæ eius uerbis execrandis ex interna cæcæ
mentis insania conceptis respuunt, & Iesum Christū
in carne uenisse denegant. Et quidē milites eū quasi
qui deum se ipsum falsum dixister, illudentes adora-
bant. Sed sunt hodie, q[uod] sunt grauioris ueran[i]æ, qui eū

678 **PASSIO CHRISTI**

certa fide ut deum uerum adorant, sed peruersis ac illis mox uerba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris post longe ponunt. Et eductint illum, ut crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereundū quempiam Simonem Cyrenæum, uenientem de villa patrem Alexandri & Ruti, ut tollerer crucem eius.]

Magnæ tunc opinionis Simon iste uidetur fuisse, cū filii quoq; eius, quasi iam noti omnibus, designentur ex nomine. Sed cauendum, ne cui uideatur contrarium, quod Iohannes scribit, ipsum dñm sibi crucem portasse, ceteri uero euangelistæ hunc Simonem Cyrenæum eā baiulasse referunt. Primo namq; à domino portata, ac deinde Simoni, quem excentes forte obuiū habuerant, portanda imposta est. Et hoc con gruo satis ordine mysterij, quia nimirum ipse passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Et quia Simon iste non Hierosolymita, sed Cyrenæus esse perhibetur (Cyrenæm ciuitas Libyæ est, ut in Actibus apostolorum legimus) recte per eum popul gentium designantur, q; quoniam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo ciues sunt & domestici dei, et (sicut alibi dicit) hæredes quidem dei, coha redes autē Christi. Vnde apte Simon, obediens: Cyrenæus interpretatur.

Nec prætereundū, quia idē Simon de villa uenisse refert. Villa em græce pagus dī, unde paganos appellamus eos, quos à ciuitate dei alienos, & quasi urbanæ cōuersatiōis uidemus esse expertes. Sed de pago Simon egrediens, crucē portat post Iesum, cū populus nationū paganis ritibus derelictis, uestigia dñicē passionis obedienter amplectit. Et perducunt illum

Roma.3.

TSECUNDVM MARCVM 679

in Golgathalocū. quod est interpretatiū cal-
variae locus. Extra urbem & foris portā loca sunt,
in quibus truncantur capita bellatorum, & caluarie
.i. decollatorum sumptere nōmen. Propterea autē
ibi crucifixus est dñs, ut ubi prius erat area damna-
torum, erigeretur uexilla martyrii. Et quomodo p
nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus,
& crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxiis in-
ternoxios crucifigitur. **E**t dabant cibibere myr-
thatum uīnum, non accepit. Deus loquitur ad
Ierusalem : Ego te plantauī uineam meam ueram,
quomodo cōuersa es in amaritudinem uitis alienae? **Jeremi. 44**
Amara uitis amarum uīnum facit, & propinat dño
Iesu, ut impleteatur quod scriptum est. Dederunt in ci-
bum meum sel, & in siti mea potauerunt me aceto.
Quod autem dicitur, [& non accepit,] uel secun-
dum Matthæū, [cum gustasset, noluit bibere,] hoc
indicit, quod gustauerit quidem pro nobis mortis
amaritudinem, sed tertia die resurrexit. Quod enim
ait Marcus, [non accepit,] intelligitur, non accepit
ut biberet: gustauit autem, sicut Matthæus testis est.
Et quod idem Matthæus ait, [noluit bibere,] hoc
Marcus dixerat: [non accepit.] Sed & hoc quod ait
Marcus [myrratuū uīnum,] intelligendum est Mat-
thæum dixisse, [cū felle mixtu.] Fel quippe, p amar-
itudine posuit, & myrratuū uīnum amarissimū est:
quanquā fieri possit, ut & felle & myrra uīnu amaris-
simum redderet. **E**t crucifigentes eum, diuise-
rant vestimenta eius, mittente & sorte super eis,
quis quid tolleret. Hęc Iohānes euangelista ple-
nius exponit, qā milites cætera in quatuor partes iuxta
suum numerū diuidentes, de tunica quæ incōsutilis

erat, desuper contexta per totum, sortem miserunt.
Quadripartita autē uestis domini, quadripartitam
 eius figurauit ecclesiā, toto scilicet (quæ quatuor par-
 tibus constat) terrarē orbe diffusam, & omnibus eis-
 dem partibus æqualiter (i.e. cōcorditer) distributam.
Tunica uero illa sortita, omnium partiū significat
 unitatem, quæ charitatis uinculo cōtinetur. Si enim
 charitas (iuxta **Apostolum**) & supereminentior ē ha-
 bet uiam, & supeminet scientiæ, & super omnia præ-
 cepta est, merito uestis, qua significata est, desuper con-
 texta perhibetur. In sorte autem quid, nisi dei gratia
 cōmendata est? Sic quippe in uno ad omnes peruenit,
 cum sors omnibus placuit: quia & dei gratia in uno
 ad omnes peruenit, & cum sors mittitur, nō personæ
 cuiusque uel meritis, sed occulto dei iudicio ceditur. Et
Roma. 6. qā (sicut dicit **Apostolus**) uetus homo noster simul
 crucifixus est cum illo, ut euacuetur corpus peccati,
 ut ultra non seruiamus pētō, quandiu id agunt ope-
 ra nostra, ut euacuetur corpus peccati: quandiu exte-
 rior homo corrūpitur, ut interior renouetur de die
 in diem, tēpus est crucis. Hæc sunt & bona opera q-
 dem, ramen adhuc laboriosa, quorū merces requies
 est. Sed ideo dicitur, spe gaudentes, ut requiem furi-
 tam cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc em̄
 hilaritatē significat crucis latitudo in transuersō li-
 gno, ubi figuntur manus. Per manus em̄, opera intel-
 ligimus: per latitudinem, hilaritatē operantis, quia
 tristitia facit angustias: per altitudinem autē, cui ca-
 put adiungitur, expectationē retributionis de subli-
 mi iusticia dei, q̄ reddet unicuiq; secundū operasua,
 his quidem scdm tolerantiam boni operis, gloriam
Roma. 2. & honorem & incorruptionē querētibus, uitā xter

nam. Itaq; iam longitudo, qua totum corpus exten-
ditur, ipsam tolerantia significat. Vnde longanimes
dicuntur, qui tolerant. Profundum, quod terrae infi-
xum est, secretum sacramenti præfigurat: quæ uerba
Apostoli instar de significatione crucis expediā, ubi
aī: In charitate radicati & fundati, ut possitis cōpre-
hendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, la-
tiudo, altitudo & profundum. Erat autem hora
tertia, & crucifixerunt eum. Sunt qui arbitratur
hora quidem tercia dominū crucifixum, à sexta autē
hora tenebras factas usq; ad nonam, ut consumptæ
intelligantur tres horæ, ex quo crucifixus est, usq; ad
tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime in-
telligi, nisi Iohannes diceret, hora quasi sexta Pilatu
sedisse pro tribunali, in loco qui dicitur lithostrotos,
hebraice autem gabatha. Sequitur em: Erat autē pa-
rasceue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudeis: Ecce
rex uester. Si igitur quasi sexta Pilato sedente ἐν tri-
bunali, traditus est crucifigendus à Iudeis, quomo-
do hora tercia crucifixus est, sicut uerba Marci nō in-
telligentes quidam putauerunt? Iam certe dixerat
Marcus: Et crucifigētes cum diuiserunt uestimenta
eius. Si ergo eius rei gestæ tempus uoluit cōmemo-
rare, sufficeret dicere: Erat autem hora tercia. Vt qd
adiunxit, & crucifixerunt eum, nisi quia uoluit aliqd
recapitulādo significare, quod queſtitum inueniret,
cum scriptura ipsa illius temporibus legeretur, qui-
bus uniuersæ ecclesia notū erat, qua hora dominus
ligno suspensus est, unde posset huius uel error corri-
gi, uel mendacium refutari. Sed quia sciebat à militi
bus dominum crucifixū, non à Iudeis, occulte ostendere uoluit, eos magis crucifixisse, qui clamauerunt

682 **PASSIO CHRISTI**

ut crucifigeretur, quā illos, qui ministerium principi
suo secundum suum officium praeberunt. Intelligi-
tur ergo fuisse hora terria, cum clamauerūt iudei, ut
dominus crucifigeretur: & ueracissime demonstratur,
tunç eos crucifixisse, quando clamauerunt, maxime
quia uolebant non uideri se hoc fecisse. Et propterea
eum Pilato tradiderunt, quod per eorum verba satis
indicant secundum Iohannem. Quod ergo maxime
uideri fecisse nolebat, hoc eos hora tertia fecisse Mar-
cus ostendit, uerissime indicans, magis fuisse domi-
num necatum lingua iudeorum, quam militum ma-
nu. **Et erat titulus cause eius inscriptus rer.**
Judeorum. Titulus positus supra crucem eius, in
quo scriptum erat, rex iudeorum, illud ostendit, qđ
nec occidendo efficere potuerunt, ut eum regem nō
haberent: quia eis manifestissima potestate secundū
sua opera redditurus est. **Vnde in Psalmo canit:** Ego
autem constitutus sum rex ab eo super Sion montē
sanctum eius. Qui apte etiam, quoniam rex & pon-
tifex est, cum eximiam patri suę carnis hostiam in al-
tari crucis offerret, regis quoque, qui rex predictus
erat, dignitatem titulo prætendit, ut cunctis legere.
hoc est, audire & credere uolentibus insinuaret, quia
per crucis patibulum non perdiderit suum, sed conser-
mauerit potius & corroborauerit imperium. **Et cū**
eo crucifigunt duos latrones vñ, a dextris,
et alium a sinistris. Larrones, qui cum domino cru-
cifixi sunt, significant eos, qui sub fide & confessione
Christi, uel agone martyrii, uel quælibet continen-
tie arctioris instituta subeunt. Sed quicunque hæc pro-
eterna solam caelestis gloria egerūt, hi profecto de-
xtri latronis merito ac fide designantur. At qui, siue

SECUNDVM MARCVM 685

humanæ laudis intuitu, seu qualibet minus digna intentione mundo abrenunciant, non immerito blasphematoris ac sinistri latronis mentem imitantur & 1. Corin. 13 actus, de qualibus dicit **A**postolus: Si tradidero corpus meum ut ardeat, si cederò omnes facultates meas in cibos pauperum, si alia plura pietatis opera facerem, ut dona gratiae spiritalis accepisse videar, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Beati autem, qui sua propter dominum, & propter euangelium relinquerunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Matt. 5. Similiter et sacerdotes sumi illuminantes ad alterius cum scribis dicebat: Alios saluos fecit seipsum non potest salvu face re. Etiam nolentes confitentur scribis & pontifices, quia alios saluos fecerit. Itaque uos uestra condemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, utique si ueller, seipsum salvare poterat. [Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus.] Fraudulenta missio. Quid est plus, de cruce adhuc uiuentem descendere, an de sepulchro mortuum surge re. Surrexit, & non creditis: ergo etiam si de cruce descendederit, similiter non credebis. **E**t qui cum eo crucifisi erant, conuiciabantur ei. Quomodo hoc uerum est, quandoquidem unus eorum conuiciatus est secundum **Lucae** testimonium, alter & compescuit eum & in deum credidit, nisi intelligamus **Matttheum** & **Marcu** breuiter perstringentes, hoc loco plurali numeru pro singulari posuisse, sicut in epistola ad **Hebreos** legitimus pluraliter dictum, clauerunt ora leonum, cum solus **Daniel** significari intelligatur: & pluraliter dictum, lecti sunt, cum de solo **Isaia** intelligat. Hebre. 11.

Quid enim usitatus, uerbi gratia, quām ut dicat alius:
quis: Et rustici mihi insultant, etiam si unus insultet,
Tunc enim esset contrarium, quia **L**ucas de uno ma-
nifestauit, si illi dixissent ambos latrones conuiciatos
dño, tamen posset sub numero plurali unus intelligi.
Cum uero dictum est, latrones, uel qui cum eo cruci
fixi erant, nec additum est, ambo, non solum si ambo
fecissent, posset hoc dici, sed etiam quia unus hoc fe-
cit, potuit usitato locutionis modo per pluralem nu-
merum significari. Quia uero, **L**uca testante, unus la-
tro dominum blasphemar, dicens, **S**aluum facte
met ipsum & nos: alter uero & illum digna inuesti-
one redarguit, & dñm fidel supplicatione precatur,
dicēs: **D**omine, memento mei cum veneris in
regnum tuum, usq; hodie idem geri in ecclesia ui-
demus, cum mundanis tacti afflictōibus, ueri simul
& falsi **C**hristiani: illi quidem, qui ficta mente domi-
nicæ passionis sacramenta gestant, ad præsentis uita
gaudia cupiunt liberari à domino, atq; simplici inten-
tione cum **A**póstolo non gloriantur in sola cruce do-
mini nostri **I**esu **C**hristi, ita potius à præsentibus æru-
mnis optant erui, & spiritum suum commendent in
autoris manus, unaq; cum ipso regni cælestis deside-
rent esse participes. **V**nde bene ille, qui fide dubia do-
minus precabatur, funditus est cõtemptus à domi-
no, neq; ulla respōsione dignus habitus. **A**t uero præ-
ces illius, qui æternam à se salutē quærebat, pia mox
dominus exaudiōe suscipere dignatus est. **Q**ui ani-
mitum, quicunq; in tribulationibus positi, tempora-
lia tantum à domino solatia requirunt, à temporali-
bus separantur, & æternis gaudis priuantur. **Q**uem
ueraciter bona patriæ cælestis suspirat, ad hac absq;

illa dubietate Christo miserante perueniunt. **E**t facta hora sexta, tenebrae facte sunt per totam terram, usq; in horam nonam. Clarissimum mundum retraxit radios suos, ne aut pendente uideret dominum, aut impij blasphemates sua luce fru eretur. **E**t notandum, quia dominus sexta hora, hoc est, recessuro a centro mundi sole crucifixus sit: dilucilio autem, hoc est, oriente iam sole, resurrectionis suae mysteria celebrauerit. Statutum enim temporis signauit, quod effectu temporis exhibuit. Qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Nam & Adam peccante scripsit est, quia audierit uocem domini dei, deambulatis in paradiſo ad auram post meridiem. Post meridiem namque, inclinata luce fidei: ad auram uero, refrigercente furore charitatis: deambulans autem audiebat, quod ab homine peccante recesserat. Rationis igitur, immo diuina pietatis ordo poscebat, ut eodem tempore articulo, quo tunc Adae præuaricanti occulerat, nunc latroni dominus penitenti ianuam reseraret paradiſi. **E**t qua hora primus Adam peccando morte huic mundo intexit, eadem hora secundus Adam morte moriendo destrueret. **E**t hora nona exclamauit Jesus voce magna, dicens: Eloi, eloi, lama a bachi han! Quod est interpretari: Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me?] Ut quid &c. Principio uicesimiprimi psalmi utsus est. Illud uero quod est in medio versiculi: Respice in me, superfluum est. Legit enim in Hebreo: Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti? Nec mireris uerborum humilitatem, querimoniias derelicti, cum formam seruisciens, scandalum crucis uideas; Sicut enim esurire & sitiare & fatigari non

1686 **PASSIO CHRISTI**

erat propria diuinitatis, sed corporalis passionis, ita
& quod dicitur: **Vt** quid me dereliquisti, **] corpora**
lis uocis erat proprium, qua solet secundum naturā
corpus nullatenus uelle à sibi coniuncta uita fraudarū. **Licet** enim & ipse salvator dicebat hoc, sed prie
ostendebat corporis fragilitatem, manens uirtus &
sapientia dei. **Vt** ergo homo loquitur, meos circum-
ferēs motus, quod in periculis positi, à deo deseritos
puram, uelut homo turbat, ut homo flet, ut homo
crucifigitur. **Et quidam de circumstantibus au-**
dientes, dicebant: Ecce Eliam uocat. **] Non omes,**
sed quidam, quos arbitror milites fuisse Romanos,
non intelligentes sermonis Hebraei proprietatē, sed
ex eo quod dixit: Eli, eli, putantes Eliam ab eo uoca-
tum. **Sin autem Iudeos, qui hoc dixerunt, uolueris**
intelligere, & hoc more sibi solito faciūt, ut dñm im-
becillitate infament, quod Eliæ auxilium deprecepit.
Currens autem viues, et implens spongiam
acetō, circumponensq; calamo, potum dabat ei, di-
cens: Sinite, uideamus si ueniat Elias ad deponendū
eum. **] Quam ob causam domino acetū sit potu da-**
tum, Iohannes ostendit pleniū, dices: [Postea sc̄ies
Iesus qā iā cōsummata sunt omnia, ut cōsummaretur
scriptura, dicit: Sitio. **Vas ergo positiū erat acetō ple-**
nūm. **Illi autem spongiam plenam acetō hyssopo cir-**
cumponentes, obtulerunt ori eius. **] Videlicet ergo quo**
niam iam cōsummata sunt omnia, quæ oportebat ut
fierent, antequam acciperet acetum, & tradiceret spiri-
tum, atq; ut hoc etiam consummaretur, quo ait: Et in
siti mea potauerūt me acero. **Siti, inquit, tanquā hoc**
diceret: Hoc minus fecisti, date quod estis. **Iudei q̄p**
pe ipsi erant acetum, degenerates à uiuo patriarcha-

& prophetar, tanquam de pleno vase, de iniuritate mundi huius impletum cor habentes, uelut spongiam cauernosam quodammodo atq; tortuosis latribulis fraudulentum. **H**ysopum, quo circu posuerūt spōgiā aceto plenam, quoniam herba est humilis, & pētus purgar, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus, quam circundederunt, & se circumuenisse putauerunt. **V**nde est illud in Psalmo: **A**sperges me domine hyssopo, & mundabor. Christi nang humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semet ipsum, factus obediens patri usq; ad mortem, mortem autē crucis, non utiq; sanguis eius in remissionem peccatorum, hoc est, in nostram mundationem fuisse effusus. **P**er arūdinem uero, cui imposita est spongia, scripura significatur, quae implebat hoc factum. Sicut lingua dicte uel græca, uel latina, uel alia quælibet, sonum significans qui lingua promittitur, sic arundo dicit potest litera, quæ arundine scribit. Sed significantius sonos uocis humanae usitati, iissime dicimus linguas, scripturam uero arundinem dici, quo minus usitatū, eomagis est mystice figuratū. **J**esus autem emissa voce magna expirauit. Quid hac uoce magna dixerit dominus, Lucas aperi designat: [Pater, in manus tuas commendō spiritū meum. Et hæc (inquit) dicens, expirauit.] Quod uero scribit Iohannes, quia cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritū, inter illud qd ait, Consummatum est, & illud, Inclinato capite trādidit spiritum, emissā est illa uox magna, quā tacuit Iohannes, ceteri aut̄ tres commemorauerūt. **E**t vēl templi scissum est in duo, a summo usq; deorsum. Scindit uelū templi, ut arca testamenti &c.

omnia legis sacramenta, quæ tegebantur, appareat,
atq; ad populum transcant nationum. Ante etem di
psalm. 75 Etum fuerat, Notus in Iudea deus, in Israël magnum
psalm. 56 nomen eius: nunc autem, Exaltare super cœlos deus,
Matth. 10. & super omnem terram gloria tua. Et in euangelio
Matth. 28. prius dixit, In uiiam gentium ne abieritis: post passio
onem uero suam, Euntes in uniuersum mundum, do-
cete omnes gentes. **Videns** autem ceturio, qui
er aduerso stabant, quia sic clamans expirasse-
set, ait: **Vere** hic homo filius dei erat. Manife-
sta causa miraculi centurionis exponitur, quod ui-
dens dominum sic expirasse, hoc est, spiritum emisisse
dixerit: [**Vere** homo hic filius dei erat.] Nullus enim
habet potestatem emitte spiritum, nisi qui anima-
rum conditor est. Et hoc considerandum, quod cen-
turio ante crucem in ipso scandalo passionis uere dei
filium confiteatur, & Arrius in ecclesia prædicat cre-
aturam. Vide merito per centurionem fides ecclesie
designatur, que uel mysteriorum cœlestium per mor-
tem domini referata, continuo Iesum, & uere iustum
hominem, & uere dei filium, synagoga racente, confir-
mat. Erant autem 7 mulieres de longe aspici-
entes, inter quas erat **Maria Magdalene**,
& **Maria Iacobi minoris**, & **Ioseph** mater, & **Salome**. Et cum esset in Galilæa, sequebantur eum & mi-
nistrabâe ei. Iacobum minorem dicit, Jacobum Al-
phæi, qui & frater domini dicebatur, eo quod esset fi-
lius **Mariæ** materteræ domini, cuius in euangelio suo
meminit **Iohannes**, dicens: **Stabant** autem iuxta
crucem **Iesu** mater eius, & Ioror matris eius
Maria Cleophae. **Mariam** autem Cleophae can-
didetur dicere, à patre, siue à cognatione. **Vocabatur** ue-

ro minorem Iacobum, ad distinctionem maioris Iacobii, uidelicet filij Zebedei, qui inter primos apostolos uocatus est a domino & electus. Consuetudinis autem Iudaicæ est, nec ducebatur in culpā, more gentis antiquæ, ut mulieres de substantia sua uictū & nestimentū præceptoribus ministrarent. Hoc quia scilicet dum facere poterat in nationibus, Paulus abieciisse se memorat: **Nunquid non habemus potestatem sorores** mulieres circunducēdi, sicut ceteri apostoli faciunt? Ministrabant autem domino de substantia sua, ut meteret eorum carnalia, cuius illæ metebant spiritualia. Non quo indigeret cibis dominus creaturam, sed ut typum ostenderet magistrorum, quod ut etiā atque uestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed uideamus quales comites habuerit Mariā Magdalena, à qua septem dæmonia eiecerat, & Mariam Iacobi & Ioseph materterā suam, & alias quas in ceteris euangelij legimus. **Et cum iam sero esset factum,** quia erat parashæve, quod est aī sabbarum, uenit Ioseph ab Arimathæa, nobilis decurio.] Decurio uocat, q̄ sit de ordine curiæ, & officiū curiæ administrare, qui etiam curialis à procurando munera ciuilia solet appellari. Arimathæa autem ipsa est Ramathaim, ciuitas Elcanæ & Samuelis, in regione Chananicæ iuxta Diopolim, παρακτινοῦ uero græce, latine preparatio dicitur, quo nomine Iudæi, q̄ inter græcos morabantur, sextam sabbati appellabat, eo q̄ in illo ea, quæ requiei sabbati necessaria essent, præparare solebant, iuxta hoc quod de manna olim præceptum est: **Sexta autem die colligeris duplū, &c.** Quia ergo homo sexta die factus, & tota est mundi creatura perfecta, septima autem conditor ab opere suo requieuit,

690 **PASSIO CHRISTI**

unde & hoc sabbatum, hoc est, requiem uoluit infelli-
gi, recte saluator eadē sexta die crucifixus, humanae
restorationis impleuit arcanum. Ideoq; cum accepis-
set Iesu acerum, dixit, Consummatum est, hoc est, se-
xta die, quod pro mundi refectione suscepit, iam to-
tum est opus expletum. Sabbato autem in sepulchro
requiescens, resurrectionis, quæ octaua die uentura
erat, expectabat euentum. Vbi nostræ simul deuoti-
onis ac beatæ retributiōis prælucet exemplum, quos
in hac quidem sexta seculi ætate pro domino pati, &
uelut mūdo necesse est crucifigi. In septima uero æ-
tate, id est, cum lœti quis debitum soluit, corpora qui-
dem in tumulis, animas autem secreta in pace cū do-
mino manere, & post bona oportet opera quiescere,
donec octaua tandem ueniente ætate, etiam corpo-
ra ipsa resurrectiōe glorificata, cum animabus simul
incorruptionem æternæ hereditatis accipient. [Ve-
nit (inquit) Ioseph ab Arimathæa, nobilis decurio, q
& ipse erat expectans regnum dei. Et audacter intro-
iuit ad Pilatum, & pergit corpus Iesu.] Magnæ quidē
Iosephi iste dignitatis ad seculū, sed maioris apud déū
meriti fuisse laudatur. Talem nanc̄ existere decebat,
qui corpus domini sepeliret, qui & per iustitiam me-
ritorum tali ministerio dignus fuisset, & per nobilita-
tem potest in secularis facultatem possit obtinere
ministrandi. Non enim quilibet ignorat, aut medio-
cris ad presidem atcedere, & crucifixi corpus poterat
impetrare. Ioseph autem mercatus sindone,
& deponens eū, inuoluit in sindone. Et ex sim-
plici lepultra dñi ambitio diuitiū condemnatur, qui
ne in tumulis quidē possunt carere diuitijs. Potius
aut iuxta intelligentiā spiritualē hoc sentire, qd corp.

FERIA V. 691

dñi nō auro, neq; gemmis & serico, sed linteamine pu-
ro obuolutū sit, quanquam & hoc significet, quod il-
le in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura mente
eum suscepit. Hinc ecclesiæ mos obtinuit, ut sacri-
ficium altaris, non in serico, neq; in panno tincto, sed
in lino terreno celebretur, sicut corpus dñi est in sin-
done munda sepultum, iuxta quod in gestis pontifi-
calibus à beato papa Siluestro legimus esse statutum.
De monumento dñi ferunt, qui nostra ætate Hiero-
solymis Britāniam uenere, quod domus fuerit rotū-
da, de subiacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut in-
tro consistens homo, uix manu extenta culmen pos-
sit attingere, qua habet introitum ab oriente, cui la-
pis ille magnus aduolutus atq; appositus est. In cuius
monumēti parte aquilonari sepulchrum ipsum, hoc
est, locus dominici corporis, de eadē petra factus est,
septem habens pedes longitudinis, trium uero pal-
marum mensura, cetero paumento altius eminens.
Qui uidelicet locus non desuper, sed à latere meridia-
no per totum patulus est, unde corpus inferebat: co-
lor autem eiusdem monumenti ac loculi, rubicūdo
& albo dicitur esse permixtus.

FERIA QVINTAOS

Palmarum, in cœna dñi. Ioh. XIII.

FIn illo tempore Ante diem festū Pa-
schæ, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut
transcat ex hoc mundo ad patrem. Et reli-

Pascha non (sicut quidam existimant) græcū no-
men est, sed hebræum, Pascha transitus dicit in